Lectura super epistulam II ad Timotheum

Capitulum III, lectio 3

16 Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia;
17 ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

123. – Dicit ergo: dico quod accepisti litteras sacras, quae non sunt contemnendae, quia sunt utiles. *Is*. XLVIII, 17: "Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia." Unde subdit dicens: "quae te possunt instruere". *Io*. VI, v. 69: "Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes." *Io*. V,39: "Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vitam aeternam habere, illae sunt quae testimonium perhibent de me."

Et hae litterae te possunt instruere ad salutem; sed non nisi "per fidem quae in Christo Iesu". *Rom*. X,4: "Finis enim legis est Christus ad iustitiam omni credenti." *Hebr*. XI, v. 6: "Sine fide enim impossibile est placere Deo."

124. – Rationem autem manifestat, dicens "omnis". Ubi ostendit quod sacrae litterae sunt via ad salutem. Et tria ponit. Nam commendat Scripturas

[1] ratione principii,
[2] ratione effectus utilis,
[3] et ratione ultimi fructus et profectus.

125. – [1] Si enim consideres eius principium, habet privilegium super omnes, quia aliae sunt traditae per rationem humanam, sacra autem Scriptura est divina; ideo dicit "Scriptura divinitus inspirata". II *Petr*. I,21: "Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia,

Lesung über den zweiten Brief an Timotheus

Kapitel III, Lesung 3

16 Jede göttlich eingegebene Schrift ist nützlich, um zu lehren, zu überzeugen, zurechtzuweisen und in der Gerechtigkeit zu unterrichten,
17 damit der Mensch Gottes vollkommen sei, zu jedem guten Werk befähigt.

123. – Er sagt also: Ich sage, daß du die heiligen Schriften angenommen hastt, die nicht zu verachten sind, denn sie sind nützlich: „Ich bin der Herr, euer Gott, der euch lehrt, was nützlich ist" (*Jes* 48,17). Deshalb fährt er fort, „die dich unterweisen können". „Herr, zu wem sollen wir gehen? Du hast Worte des ewigen Lebens" (*Joh* 6,69). „Ihr erforscht die Schriften, in denen ihr glaubt, das ewige Leben zu haben, und sie sind es, die von mir Zeugnis geben" (*Joh* 5,39).

Und diese Schriften können dich unterweisen zum Heil, aber nur „durch den Glauben, der in Christus Jesus ist". „Das Ziel des Gesetzes nämlich ist Christus zur Gerechtigkeit für jeden, der glaubt" (*Röm* 10,4). „Ohne Glauben ist es unmöglich, Gott zu gefallen" (*Hebr* 11,6).

124. – Den Grund aber legt er offen, indem er sagt: „jede". Dort zeigt er, daß die heiligen Schriften der Weg zum Heil sind. Und er sagt dreierlei. Denn er empfiehlt die Schrift

[1] aufgrund ihres Ursprungs,
[2] aufgrund ihrer nützlichen Wirkung
[3] und aufgrund ihrer letzten Frucht und ihres Erfolgs.

125. – [1] Wenn du nämlich ihren Ursprung betrachtest, so nimmt sie einen hervorragenden Rang vor allen Schriften ein, denn die anderen sind durch menschliche Vernunft gegeben, die Heilige Schrift aber ist göttlich. Deshalb sagt er: „[jede] göttlich eingegebene Schrift". „Denn nicht aufgrund menschlichen Willens ist einst die Verheißung ergangen,

sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines." *Iob* XXXII, 7: "Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam."

126. – Sed dices: quomodo non alia omnis Scriptura divinitus inspiratur, cum secundum Ambrosium,[1] "omne verum, a quocumque dicatur, a Spiritu Sancto est"?

Dicendum est quod Deus dupliciter aliquid operatur,

[a] scilicet immediate, ut proprium opus, sicut miracula;

[b] aliquid mediantibus causis inferioribus, ut opera naturalia, *Iob* X,8: "Manus tuae, Domine, fecerunt me", etc. quae tamen fiunt operatione naturae.

Et sic in homine instruit intellectum

[a] et immediate per sacras litteras,

[b] et mediate per alias Scripturas.

127. – [2] Effectus huius Scripturae est duplex,

[2.1] scilicet quia docet cognoscere veritatem,

[2.2] et suadet operari iustitiam.

Io. XIV,26: "Paracletus autem Spiritus Sanctus docebit", scilicet cognoscenda, "et suggeret" operanda. Et ideo utilis est ad cognoscendam veritatem, et utilis est ad dirigendum in operatione.

[2.1] Est enim ratio speculativa, et est etiam ratio practica. Et in utroque sunt duo necessaria, scilicet quod veritatem cognoscat, et errorem refellat. Hoc enim opus est opus sapientis, scilicet non mentiri, et mentientem refellere.

[2.1.1] Quantum ad primum dicit "utilis est ad docendum", scilicet veritatem. *Ps*. CXVIII, v. 66: "Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me."

{2.1.2] Quantum ad secundum subdit "ad arguendum". *Tit*. I,9: "Ut sis potens exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere."

[2.2] Item quantum ad practicam sunt duo necessaria, scilicet ut reducat a malo, et ad bonum inducat. *Ps*. XXXIII,15: "Declina a malo, et fac bonum."

[2.2.1] Quantum ad primum dicit "ad corripiendum", quod est corripere a malo.

[1] Vgl. Ps.-Ambrosius, *Super I Cor*. 12,3 (PL 17,285C); Petrus Lombardus, *Glossa super I ad Cor*. 12,3 (PL 191,1651°).

sondern aufgrund der Eingebung des Heiligen Geistes haben die heiligen Männer Gottes geredet" (1 *Petr* 1,21). „Die Eingebung des Allmächtigen schenkt Verständnis" (*Ij* 32,8).

126. – Aber du sagst: Warum verdankt sich nicht jede Schrift göttlicher Eingebung, da doch, nach Ambrosius, alles Wahre, gleichgültig von wem es ausgesprochen wird, vom Heiligen Geist stammt?

Man muß sagen, daß Gott auf zweierlei Weise etwas bewirkt:

[a] nämlich unmittelbar, als sein eigenes Werk, wie die Wunder;

[b] oder vermittelt durch untergeordnete Ursachen, wie bei den Werken der Natur: „Deine Hände, Herr, haben mich gemacht" (*Ij* 10,8) usw., obwohl sie [die Werke der Natur] durch die Tätigkeit der Natur entstanden sind.

Und so unterweist er im Menschen den Verstand

[a] sowohl unmittelbar durch die heiligen Schriften

[b] als auch mittelbar durch andere Schriften.

127. – [2] Die Wirkung dieser Schriften ist eine zweifache,

[2.1] nämlich daß sie lehrt, die Wahrheit zu erkennen,

[2.2] und überzeugt, die Gerechtigkeit zu tun.

„Der Tröster aber, der Heilige Geist, wird euch lehren", nämlich was zu erkennen ist, und „wird euch einführen" in das, was zu tun ist (*Joh* 14,26). Sie sind also nützlich, um die Wahrheit zu erkennen, und nützlich, um im Handeln zu leiten.

[2.1] Es gibt nämlich eine theoretische Vernunft und auch eine praktische Vernunft. Und in beiden sind zwei Dinge notwendig: nämlich daß sie die Wahrheit erkennt und den Irrtum zurückweist. Diese Aufgabe aber ist die Aufgabe des Weisen, nämlich nicht zu lügen und den zurückzuweisen, der lügt.

[2.1.1] Zum ersten sagt er: „Sie ist nützlich, um zu lehren", nämlich die Wahrheit. „Güte, Erziehung und Wissen lehre mich" (*Ps* 118,66).

[2.1.2] Zum zweiten fügt er hinzu: „zu überzeugen". „Damit du fähig bist, in der gesunden Lehre zu ermahnen und diejenigen, die widersprechen, zu überzeugen" (*Tit* 1,9).

[2.2] Ebenso sind im Hinblick auf die praktische Vernunft zwei Dinge notwendig, nämlich daß sie vom Bösen zurückhält und zum Guten hinführt. „Laß ab vom Bösen und tu das Gute" (*Ps* 33,15).

[2.2.1] Zum ersten sagt er: „zurechtzuweisen", das heißt vom Bösen abzubringen.

Matth. XVIII,15: "Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum." *Iob* V,17: "Beatus homo qui corripitur a Domino."

[2.2.2] Quantum ad secundum dicit "ad erudiendum in iustitia". Et haec omnia sacra Scriptura facit. *Is*. VIII,11: "In manu forti erudivit me", et cetera.

Sic ergo quadruplex est effectus sacrae Scripturae, scilicet

[a] docere veritatem,

[b] arguere falsitatem: quantum ad speculativam;

[c] eripere a malo,

[d] et inducere ad bonum: quantum ad practicam.

128. – [3] Ultimus eius effectus est, ut perducat homines ad perfectum. Non enim qualitercumque bonum facit, sed perficit. *Hebr*. c. VI,1: "Ad perfectionem feramur." Et ideo dicit "ut perfectus sit homo Dei", quia non potest homo esse perfectus, nisi sit homo Dei. Perfectum enim est, cui nihil deest.

Tunc ergo homo est perfectus, quando est "instructus", id est, paratus, "ad omne opus bonum", non solum ad ea quae sunt de necessitate salutis, sed etiam ad ea quae sunt supererogationis. *Gal*. cap. ult. [VI,9]: "Bonum autem facientes, non deficiamus."

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

„Wenn dein Bruder sich gegen dich versündigt, so geh hin und weise ihn zurecht, zwischen dir und ihm allein" (*Mt* 18,15). „Glückselig ist der Mann, der sich vom Herrn zurechtweisen läßt" (*Ij* 5,17).

[2.2.2] Zum zweiten sagt er: „und in der Gerechtigkeit zu unterrichten". Und all das tut die Heilige Schrift. „Mit starkem Arm hat er mich gelehrt" (*Jes* 8,11).

So gibt es also vier Wirkungen der Heiligen Schrift, nämlich

[a] die Wahrheit zu lehren,

[b] die Falschheit zu widerlegen, im Hinblick auf die theoretische Vernunft;

[c] vom Bösen abzuhalten und

[d] zum Guten hinzuführen, im Hinblick auf die praktische Vernunft.

128. – [3] Ihre letzte Wirkung aber ist, daß sie den Menschen zu Vollkommenheit führe. Denn sie bringt nicht irgendein Gut hervor, sondern vervollkommnet: „Laßt uns zum Vollkommenen übergehen" (*Hebr* 6,1). Und deshalb sagt er: „damit der Mensch Gottes vollkommen sei", denn der Mensch kann nicht vollkommen sein, wenn er nicht ein Mensch Gottes ist. Vollkommen ist nämlich, dem nichts fehlt.

Dann also ist der Mensch vollkommen, wenn er „befähigt", das heißt bereit ist, „zu jedem guten Werk", nicht nur zu dem, was zum Heil notwendig ist, sondern auch zu dem, was über das Geforderte hinausgeht. „Im Tun des Guten wollen wir nicht ablassen" (*Gal* 6,9).

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)